



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 17. Reconciliatio Regis Castellæ cum Isabella sorore sua

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Secul. XV.
A.C. 1472.

§. XVII.

*Reconciliatio Regis Castellæ cum
Isabella sorore sua.*

Hoc anno Henricus Castellæ Rex in gratiam rediit cum Isabella sorore sua Ferdinandi Arragonum Regis conjugē. Hæc a nonnullis Optimatibus, qui Henrico infensi erant, Castellani Regni hæres salutata fuit, & clam conspirantibus quibusdam Aranadæ civitatis, quæ Durio fluvio adjacet, civibus Urbem inopinato occupavit. Rex Isabellæ frater rei indignitate vehementer commotus, delectu habito urbem recuperare statuit; ea enim erat Reginae conjugis suæ in hæreditatis portionem adscripta. Ast Regem a proposito Andreas de Cabrera Regii Palatii Magister & Segobiæ Præfectus avocabat, exponens, quod Villenæ Marchio studiose Regis animo adversus Isabellam sororem suam odium inspiraret, ut ex eorum dissidiis ipse potentior evaderet. Hujus verba cum Cardinalis Hispanus, & Beneventanus Dux sua quoque auctoritate firmarent, Rex Sororis nuptias consensu suo ratas habuit. Eo impetrato Beatrix de Bonadilla Cabreræ conjux habitu rusticam eimentita confestim discedit, & Isabellam adit, eamque de placato Regis fratris

fratris sui animo edoctam secum ad Segobienſe caſtrum deducit, ubi Frater & Soror in mutuos amplexus ruebant.

Sæcul. XV.
A C 1473.

Tam tenera erat utriusque reconciliatio, ut de ejus firmitate nulli dubio locus eſſe reliquus videretur. Verum Villenæ Marchio re comperta confestim Albuquerſi Ducem Reginæ in paucis carum adiit, ut cum eo de novis artibus, quibus Henrici animum ab Ifabella diſjungeret, deliberare poſſet. Nihilominus omnes illorum Procerum, quibus hæc concordia ſat inimica erat, conatus diſſipati ſunt, ſimulac Ferdinandus Arragonius conjugis ſuæ ſuaſu Regem acceſſerat, atque ab eo haud vulgaribus amicitiaſignis exceptus fuerat. Necdum tamen deſeruit Marchionis, atque Ducis audacia; clãdeſtina enim Regem inter & Sororem diſſidia innovandi ſpem fuiſſe everſam ægerrime ferebant, hinc rem aperta vi aggredi ſtatuunt. Ergo cum nonnullis copiis Segobiam urbem invadere tentant, ut Ferdinandum in captivitatem ſecum abſtraherent. Aſt deſtino detectis eorum conſiliis Cabrera urbis ſecuritati tanta ſedulitate proſpexit, ut Arragonius omni periculo vacuus, tuto ad Luſitaniam Regem Patrem ſuum reverteretur, licet illum novis belli tumultibus implicitum reperiret.

§. XVIII.